

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum LVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

nicos; sed virtus coram DEo diligere, Gregorius in *Pastorali*.

ORACULUM SACRUM LVII.

Jac. II, 26.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

ὅτι ὡς τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρὸν
ἔστι, ἕτως καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρὴ
ἔστί.

Versio Vulgata.

Sicut corpus sine spiritu mortuum
est: Ita & fides sine operibus mortua
est.

Versio B. LUTHERI.

Gleich wie der Leib ohne dem Geiſt
tod ist: also auch der Glaube ohne
Weck ist tod.

N O T A.

I. Jacobus non agit de justificationis coram DEo consequendæ ratione, sed de justificationis ac fidei justificantis declaratione, quæ coram hominibus fit in foro Ecclesiæ, non in foro judicii divini, eamq; solum docet veram esse fidem, quæ per opera demonstratur, non quam quis sola lingua jactat. Hanc fidem

Ff 4

Apolto

Apostolus refellit, uti scopus & disputatio universa ostendit. *Quod notandum contra Pontificios, Socinianos & Arminianos, qui hoc loco abutuntur, & ex eo probare conantur justificationem coram Tribunali DEI non ex fide tantum, sed etiam ex operibus obtineri posse.* Vid. Bellarmin. lib. 4. de Justificat. Socin. part. IV. de Servat. Christo c. XI. Confesf. Remonstrant. c. X. Quod ipsum etiam Apologia cap. X. f. 113. propugnat, ita disserens: *Ex operibus hominum justificari non tantum absurdum non esse, sed verissimum etiam esse. totidem verbis pronunciat Apostolus Jacobus cap. II.*

II. Hoc loco à Jacobo fides sine operibus dicitur *mortua*, quia bona opera de fidei vita testantur, sicut respiratio de vita corporis. Pari ratione bona opera non addunt animam vel vires fidei, sed fides potius bonis operibus omnem dignitatem ac robur addit. Vide Rom. XIV, 11. Ebr. XI, 6. & hac nota contra *SOCINIANOS* existimantes *neminem coram Deo justificari quin Christo prius obediens sit, eamque obedientiam esse opera illa per quæ justificamur secundum doctrinam Jacobi, adeoque nostram obedientiam justificationis esse causam, sine qua non obtineri possit ea.* Vid. Socinus de justific. p. 17. His succenturiantur.

I. *REMONSTRANTES, qui fidem vivam in-*
de

de & ideo dicunt, quod per obedientiam præceptorum Christi velut animetur atq; vitam consequatur. Hinc Confes. Remonstr. cap. X. sect. 2. ita habet: Vivam autem ac veram fidem appellamus quæ necessario sibi conjuncta habet bona opera, totiusq; vitæ sinceram emendationem, juxta præcepta Jesu Christi institutam &c.

2. Quidam NOVATORES moderni existimantes nos per fidem non mortuam, sed vivam justificari h. e. ut ipsi explicant, per fidem præcepta DEi observantem. Hinc Hornejus Disput. de Fid. neces. thes. XXXVII. adserit quod DEus per fidem non mortuam & bonorum operum vacuum, sed vivam, seu per charitatem operantem & præcepta Dei observantem homines justificet, & contendit passim, quod fides viva talis dicatur respectu operum, quæ habet.

III. Quum articuli non raro sit emphasis & quandoq; necessario is adhibeatur, igitur ejusdem eclipsis in quibusdam scripturæ effatis complenda venit, uti hunc Canonem tradit Clarissimus Glasius lib. III. Grammat. Sacra. tractat. 2. de Pronom. can. 2. & exempli loco adducit hoc oraculum Jacobæum. Quando enim Apostolus h. l. & v. 20. inquit: ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρὸς ἐστίν, idem est, ac si diceret: ἡ πίστις ἢ χωρὶς τῶν ἔργων fides illa quæ est absq;

operibus mortua est. Illud enim *λογος τῶν ἔργων*, non ad prædicatum pertinet *verbum ὄντι*, sed ad subjectum. Intelligitur ergo h. l. vana illa fides, quæ jactatur, quum sit vana tantummodo pervasio v. 14. *contra eosdem*. Sed propterandum ad alia. Igitur nunc paucis proferemas

SENTENTIAM PATRUM

Quòd fides bonis operibus sit demonstranda.

Fides sine charitate, est fides Dæmonum, non Christianorum, *Aug. lib. de fide & bonis operibus c. 16. T. 4. col. 73. D.*

Refrigescente charitate, fides moritur sicut corpus animâ recedente *Bernh. serm. 2. de Resurrect. Domini.*

Placet heic locò *Ἰηουῆτος* adscribere verba Apologiæ Augustinæ Confessionis, quibus hoc sacrum Jacobi oraculum benè enucleatur & illustratur: *Res ipsa loquitur Apostolum heic agere de operibus, quæ fidem sequuntur & ostendunt fidem non esse mortuam, sed vivam & efficacem in corde.* Non igitur sensit Jacobus nos per bona opera mereri remissionem peccatorum & gratiam. *Loquitur enim de operibus justificarum,*

זְחִיָּה שׁוֹבֵי שׁוֹבֵי מְדַרְבֵּיכֶם הָרָעִים יִלְמְדוּ
 תַּמּוֹתוֹ בַּיַּת יִשְׂרָאֵל:

Versio vulgata Latina.

Vivo ego dicit Dominus: non delector morte impii, sed ut convertatur impius à via sua & vivat. Convertimini, convertimini à viis vestris pessimis, & quare moriemini domus Israel.

Versio B. LUTHERI.

So waar als ich lebe/spricht der Herr HERR/ich habe keinen gefallen am tode des Gottlosen/sonder daß sich der Gottlose bekehre von seinen Wesen/und lebe. So befehret euch doch nun von euren bösen Wesen/warumb wolt ihr sterben/ ihr vom Hause Israel.

N O T Æ.

1. Hic Dominus non solum loquitur de peccatore qui convertitur, sed etiam de peccatore in peccatis moriente. Utitur enim vocabulo רָשָׁע quod Psalmo primo de damnatis
 Gg 2 dis

διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα κατὰ ἡ-
μῶν ψευδόμενοι ἐν σκεπῇ εὐαγγ. Χαίρετε καὶ ἀγα-
λλιάσθε, ὅτι ἡ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρα-
νοῖς. Οὕτως γὰρ ἐδίωξαν Ἐσ προφῆτας, Ἐσ καὶ
ὑμῶν.

Versio Vulgata.

Beati estis quum maledixerint vobis
homines, & persecvuti vos fuerint & di-
xerint omne malum adversum vos men-
tientes propter me. Gaudete & exul-
tate, quoniam merces vestra copiosa est
in caelis. Sic enim persecvuti sunt pro-
phetas, qui fuerunt ante vos.

Versio B. Lutheri.

Selig seyd ihr/ so euch die Men-
schen umb meinet willen schmähen und
verfolgen/ und reden allerley übels wi-
der euch/ so sie daran liegen. Seyd
frölich und getrost/ es wird euch im
Himmel wol belohnet werden; Denn
also haben sie verfolget die Propheten/
die vor euch gewesen seynd.

NOTA.

N O T Æ.

I. Christus h. l. promittit largam remunerationem ignominia, quam pii propter ipsam patiuntur, quando inquit: Beati estis si maledixerint vobis homines. *Opponendum hoc est metui & infamiae, quam pii propter Christum perpetrantur.*

II. Vox beatitudinis non semper pro æterna illa beatitudine accipitur, sed interdum tantum temporalem felicitatem designat, *contra Pontificios.*

III. Nec vocabulum Mercedis semper proprie accipitur pro compensatione laboris secundum proportionem adæquatam & debitam, ut quum operario merces non detinetur, sed ipsi solvitur ex regula proportionis & lege justitiæ commutativæ, sed hoc vocabulum interdum modificatè sive latius sumitur pro compensatione gratuita, vel pro ejusmodi retributione, quæ ex spontanea & gratuita DEi promittentis liberalitate profiscitur, quò sensu hæc vox accipitur Gen. XV, 1. Jerem. XXXI. 16. Matth. X, 42. Col. III, 24. Ps. CXXXVII, 3. Unde etiam *μισθός ην) χάρις* merces & gratia, interdum ævipollent, Matth. V, 47. Luc. VI, 32. Rom. IV, 4. *contra eosdem existimantes vocabulum mercedis semper accipi pro compensatione laboris.*

laboris secundum proportionem adaptatam. Hinc Bellarminus lib. 5. de Justif. cap. 3. hoc loco abutitur dum ex eo ita colligit:

Si vita eterna est merces, bona opera quibus illa redditur, sine dubitatione sunt meritoria.

Pontificiis sese adjungunt

1. **SOCINIANI** existimantes bona opera esse necessaria ad salutem. Hinc Schlichtingius part. 2. contr. Meisn. p. 14. contendit bona opera justificationis & salutis nostrae causam esse. Et p. 247. Nos propter justitiam & obedientiam DEO sic gratos & acceptos esse, ut nos justificet, peccataq; nobis remittat, & vitam aeternam nobis daturus sit.

2. Nonnulli **CALVINIANI**, utpote Grynaeus, Tigurini & Piscator affirmantes nos salvari per renovationem Spiritus Sancti. Nec multum dispersus it M. Goclenius scribens bona opera esse causam sine qua non nostrae salvationis.

3. **ARMINIANI** disputantes obedientiam omnem, quae Evangelio praestatur, veram ac filialem obedientiam esse, sive ea causam sui habeat promissionem vitae aeternae, sive comminationem mortis aeternae, sive utraq; simul spe praemii caelestis, metu poenae aeternae moveri filiorum obsequentium esse putant, non servorum. Mercenarii, inquiunt, sunt, qui praesentem & temporalem mercedem respiciunt.

ſpiciunt. Æterna hereditatis intuitus filios docet, quibus obedientia præcipitur ſub promiſſo æternæ hereditatis. Vid. Armin. Conf. & cumprimis Apol. cap. XI. f. 125.

4. *Quidam NOVATORES, exiſtimantes bona opera quidem non ut cauſam vel instrumentum neceſſaria eſſe ad ſalutem, ac ſi eam efficerent, interim tamen neceſſaria eſſe ad ſalutem, ratione COMPRESENTIÆl ceu cauſa removens prohibens, & conditio vel cauſa ſine qua non ſi tempus vitæ ſuperſit, uti iſti homines loquuntur. Sed hoc portentum opinionis modo notavi.*

IV. *Nec Chriſtus dicit quod Apoſtolorum merces futura ſit ipſum cælum, ſed IN CÆLO. Sicut ergo differunt vitam ipſam hanc præſentem pro mercede laborum habere & IN VITA HAC præſente mercedem habere: Ita etiam non eſt unum idemque, ipſam vitam æternam mercedem bonorum operum eſſe, & IN VITA æterna eorundem mercedem expectare. Quod Thomas ipſe agnovit diſtinguens præmium accidentale ab eſſentiali Supplem. q. XLVI. artic. 1. contra Socios & cumprimis Bellarmin. l.V. de Juſtif. cap. 17. & 20.*

V. *Aliud igitur eſt vita æterna, aliud gradus gloriæ in vita æterna, qui h.l. per mercedem copioſam denotantur. Illi enim qui propter*
Chri-

delectari. His adde quod delectatio eorum est tantum quæ volumus, non quæ aversamur. Et hæc nota. *contra eosdē, distinguentes id velle quod est vel discernere vel delectari.* En verba Parstratiastæ (chamieri) T. 3. l. 7. c. 8. n. 11. Ezechiel usurpat verbum *velle* quod non simpliciter est velle, sed delectari, *evangelium* ut alias observatum. *Quis autem neget posse Deum velle? tamē non delectari morte peccatoris? est enim certū si vellet nullo modo, nullō modo eam futuram.* Est autem imō infligitur ab ipso Deo justissimo iudice. Vult ergo, sed non delectatur. Ita quoq; Piscator piscatur in aere, in h. l. observ. 3. ita commentans: *In Ebræo non dicitur NOLO mortem impij, sed NON DELECTOR morte impij.* Potest autem aliquis velle etiam id, quò non delectatur, ut egrotus potest velle potum amarum quò non delectatur. Potest enim cum velle non per se, sed propter aliud, nempe ad recuperandam valetudinem. Et sic Deus vult mortem æternam reprobatorum propter gloriam suam, ad patefaciendum scil. justam suam iram in peccatis puniendis.

VIII. Deus hæc apud Prophetam specialem misericordix causam in Israelitas intendit subinueniens universalem. Sive: universalem suam misericordiam specialiter inculcat Israelitis, & ex ea in specie eos solatur, ita ut rationes, quas addu-

adducit,
dem.
ma. bayo
firring
p. 120
verfali
num?
omnis
fuit?
flaon
frenis
fi fec
non h
IX
prod
verit
niter
& ju
rient
tatu
verit
tiam
21. 22
1.
abfo
lum

adducit, omnes sint universales. Contra Eosdem, & cum primis, Spanhemium Batavum ultima hujus sacri oraculi verba ad domum Israelis restringentem. Sic enim in Exercit. sect. 5. th. 7. p. 127. 128. Quid hoc, quærit. pro proposito universali miserendi omnium & singulorum hominum? an, quod domui Israelis propositum fuit, omnibus & singulis non mortalibus propositum fuit? &c. immò retorquæmus hoc ipsum *ἔτι τὸ βλασφ.* Deum domum Israelis vocavit ad respicientiam & vitam, innumeros non vocavit, nec sic fecit ulli genti. Ergò propositum universale non habuit omnium & singulorum miserendi.

IX. His ita prælibatis è locò præsentè tale prodit argumentum:

Si Deus omnibus peccatoribus illud convertimini seriò adclamat: si omnibus verè pœnitentibus remissionem peccatorum promittit, & juramentò confirmat se nolle mortem morientis, scilicet in peccatis suis, sed ut convertatur & vivat, utiq; misericordia DEi erit Universalis, nec ulli verè pœnitenti janua ad gratiam temerè præcludenda. Confer Ezech. XVIII 21. 22. 2. Petr. III. 9. & hæc nota.

1. Contra CALVINIANOS docentes Deum absolutò quodam decretò maximam generis humani partem reprobâsse quod converti &

Gg 5 sal.

salvari nolit, pro quibus etiam Christus non sit mortuus quem errorem etiam errant nonnulli ex Pontificiis. Sed absolutum hoc decretum notavi supra nota VI.

2. Contra NOVATIANOS, sic dictos à Novato, qui & adseclos suos ambitioso vocabulò appellabat Catharos h. e. puros (ut nonnulli annotarunt, alij contra à Novatianis Catharos discernunt) qui apud Græcos dicti sunt Meletiani. Cyprianus lib. i. Epist. 1. ad Cornel. p. eos vocat *homines immiseri cordie, interfectores penitentia, Doctores superbia, perditores charitatis*. Nec immeritò, statuebant enim lapsis post baptismum nullam spem salutis residuam esse, licet lacrimis, gemitu & dolore cordis Ecclesiæ fores pulsent, quibus se masculè opposuerunt Ignatius, Cyprianus, Chryostomus & alij

3. Contra LUCIFERIANOS, qui clericis & Episcopis post gradum adsumtum lapsis omnè salutis spem præciderunt, quibus sese opposuit Basilius.

4. Contra SOCINIANOS, qui non solum remissionem peccatorum denegant iis, qui pecculantè & datà operà vel ex deliberatà malitià peccata committunt. (Vid. Smalc. in refut. theol. D. Franz. p. 355 & 358.) sed etiam januam ad

ad gratiam præcludunt iis, qui in peccatis eò usq; perseverant, ut residuum non sit tempus vitam & mores actu corrigendi, quales sunt illi, qui à carnifice jugulantur. *Vide Schlichtingium disput. contra Meisn. 1. quest. 1. p. 25. Smalcium contra Franz. p. 299. Aquibus non longè abeunt, Remonstrantes, ut adparet ex ipsorum Confess. c. VII. sect. 6. & Simonis Episcopi Disput. 16. ebes. 5. & seqq.* Verum hic error facilè refellitur exemplo Petri post baptismum lapsi & postea conversi Matth. XXVI, 75. & latronis in cruce Luc. XXIII, 41. 42. cui non obstitit imminens vitæ terminus, per quem vitam actu emendare non poterat quò minus justitiam & salutem consequeretur.

Nec est quod adversarii nobis opponant tria scripturæ dicta ex Epistola ad Ebræos desumpta, quorum prius extat cap. VI, 4. 5. 6. alterum cap. X, 26. & tertium cap. XII, 17. Nam duo priora loca non agunt de quovis peccato, in quod post baptismum homines probantur; nec de peccato in filium hominis, uti Episcopus frustra colligit inde, quod filius DEi loco priori rursus dicitur crucifigi; sed proprie & in specie de peccato in Spiritum Sanctum, quod est agnita veritatis celestis contra conscientiam abnegatio, ejusdemq; oppugnatio ex Diabolico odio & destinata malitiâ pro-

*profecta, uti hac loca non solum aliqui ex veteribus, ut Hugo Victorinus p. 61. & 88. in hanc Epistolam, sed etiam quidam ex ipsis Pontificiis, ut Titelmannus, Catharinus, Erasmus, Ben. Arias Montanus, Ribera, Estius, Gregorius de Valentia, Vasquez, Tirinus & Cornelius à Lapide exponunt. Vide loca *περὶ ἡλλα* Matth. XII, 31. 1. Joh. V, 16.*

Quod verò attinet locum qui extat cap. XI, 17. (quem imprimis Johannes Sommerus uriget in Tractatib9 anni 1583. p. 47. ubi de Esau dicitur, quod non invenerit penitentia locum, quāquam cum lacrimis inquisivisset eam, simplicissime responderetur voculam *Penitentia* h. l. accipiendam esse passivè pro penitentia *Isaaci*, q. d. Apostolus: Esau non invenit locum penitentia, h. e. non potuit lacrimis ac precibus parentis animum permovere, ut benedictionem Jacobo collatam revocaret, quam expositionem amplectuntur Dn. D. Thummus, B. Gerhardus & alii. Qui plura desiderat addeat commentarios. Ego progredior & huc voco

ORTHODOXÆ ANTIQVITATIS
SUFFRAGIUM.

1. Quòd DEus omnium velit misereri
& salvos fieri etiam eos, qui
percut.

DEus

DEus quidem vult omnes salvos fieri, at non omnium voluntas voluntati ejus obsequitur, *Chrysof. hom. 7. in Matth. Tom. 3. p. 47. B.*

DEus vult omnes homines salvos fieri, ex quibus tamen quod multi pereunt, pereuntium est meritum; quod multi salvantur, salvantis est donum *Augustinus in Respons. artic. sibi falso impos. artic. 2. Tom. 7. col. 1353. B.*

Non est voluntas DEi, ut pereat unus. Qui a pietate deficiunt, non ex DEi opere, sed ex sua voluntate deficiunt. *Idem ad artic. 16. col. 1358. B.*

Quod peccatoribus verè pœnitentibus non sit præclusa janua ad gratiam.

Si quis lapsus est hunc non perdit sancta DEi Ecclesia, dat enim & reversionem, & post pœnitentiam indulgentiam. *Epiphanius heres. 59. contra Cathar. lib. 2. T. 1. p. 232.*

Χιλιάκις μετανοήσας, χιλιάκις εἰσελθῶ h. e. millies pœnitentiam agens millies Ecclesiam ingredi, *Chrysofomus.* Si millies homo lapsus sit, & millies resipuerit, nequaquam DEus eum abjiciet. *Athanasius quæst. 93. ad Pop. Antiochen.*

Tempus adhuc est pœnitentiæ, tempus divinæ bonitatis, tempus curationis, tempus correctionis.

rectionis. Lapsus es? exurge. Peccasti? quiesce, Ita scribit Basilius ad Monachum, qui exciderat.

Sicut Medico nostro Christo nulla est incurabilis plaga: Ita nec in aliquo vulnere, nec in aliquo tempore coelestis potest deficere medicina, Fulgentius in Epist. de Penitent.

Ne desperando augeamus peccata; propositus est penitentiæ portus, ne sperando augeamus datus est dies mortis incertus, Augustinus hom. 27 de Temp.

Tandem de hac quoq; tabula manum. Sequuntur nunc

RHYTHMI GERMANICI.

Ihr Sündler kommet her / warumb wolt ihr
verzagen /

Und mit Gewissens-Angst euch selbst das
Herz abnaen?

Kommt mit Zachæo her / und suchet bey
Christo Rath /

Der trägt / als Gottes Lamm / all eure
Missethat.

Ego heic terminalia pono. Et quia secundum doctissimi Nazianzeni symbolum, in
Dio

Deo incipiendum & in DEO conq̄uescendum, ideò
alteram hujus Nuclei Evangelici partem, q̄vam
divinâ mihi adspirante misericordiâ, jam ran-
dem ad exitum perduxî, seq̄venti claudio epi-
metrô doxologicô :

עברית:
כבודך נא לעולם יהיה
: אמתך גבורתך וחכמתך :

Ἐλληνιστ̄.

Δόξα κλέος τε θεῷ, ὑγιὲς ὁ σῶμα ἔδωκεν
καὶ νόον εὐχετησῶν, δόξα κλέος τε θεῷ.

Latine.

Gloria Christe! tibi, quòd vires ipse dedisti,
Et sanam mentem, gloria Christe! tibi.

Auff Zeusch.

Gelobet sey der Herr/ der Weisheit/ Krafft
und Stärcke

Verliehen gnädiglich/ zu diesen kleinen Wer-
cke/

Der gebe ferner Gnad/ damit es bringe
Fruchte/

Denn nichts als seine Ehr hierinnen
wird gesucht.

FINIS POSTERIORIS PARTIS NUCLEI
EVANGELICI.



In demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...

...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...

...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...

...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...

...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...

...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...

...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...

...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...

...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...
 ...in demselben Jahr...